

C A P U T . II.

¹⁹
sed etiam πνευματικῶν copia & ubertas largissima. Nostrum est
hæc DEI beneficia grata mente prædicare ex Ps. 147. à v. 7. usq; ad 20;
Ut qđ Deus πνεοντίζειν eadem perpetua esse jubeat, supplicare ipsi
ex Psal. 80. a v. 15. usq; ad fin.

Explanatio 2. partis.

Peccatorum, qvæ Hebræi designare soliti, genus est, *omni generis abominationis*, qva terram illam sanctissimam prophanarunt. *Species* verò ipsius *abominationis* recensentur seqq. (1) Qvod personæ Ecclesiasticæ, v. g. *Sacerdotes, Doctores, Pastores, Prophetæ officium suum planè neglexerunt*, veroq; ve veri DEI cultu posthabito, populum fidei suæ commissum à *Messia*, qvem solum, ut *Unicum salvatricis naturæ anthorem*, & *consummatorem Act. 4. Hebr. 12.* docere debuissent, ad exemplum Apostoli 1. Cor 2, 2. horribili idolatria abduxerunt ad Baal & alia idola, ipsorum permissu & indultu, qvin etiam exemplo fabrefacta.

¶. 8.

L.C. Possimus ex hoc textu facili negotio parodian objicere *Monachis, Sacerdotibus, vel Sacrificulis & Doctoribus Scholasticis in regno Anti-Christi*, qvippe qvi & ipsi miseram plebem à Christo Redemptore & Intercessore nostro Unico abduxerunt ad *Mariam*, & alios sanctulos, eorumq; *imagines*. Obiter h̄ic observetur *distinctio graduum personarum*, qvæ in Ecclesiastico vitæ genere constitutæ sunt, qvalis locus etiam extat Ephes. 4, 11.

(2) Qvod mutarunt gloriam & majestatem DEI invisibilis, immortalis, infinitæ essentiæ, in idolum inutile, & de quo 1. Cor. 8. dicitur, qvod planè nihil sit in mundo, idq; contra severissimum Je-hovæ interdictum Exod. 20, 4. Idem peccatum exprobrat Apostolus etiam gentibus ad Rom. 1, 23. Cœterūm peccatum istud (1) notatur v. 11. & (2) atrocitas ejus graviter exaggeratur, & qvidem qvinq; potissimum modis, & (a) sanè à DEI indignatione, qvi nimirum eo nomine non tantum olim per Prophetas cum Hebreorum majoribus; sed jam etiam cum eorum posteris, tanquam in iudicio, contendere & disceptare cogatur. Non enim est DEUS volens iniq; titatem Psal. 5. sed *Justus Judex* Psal. 7. (b) per comparisonem cum gentibus exteris, iisq; partim transmarinis, ut sunt Chitimi i.e. Macedoniz & finitimarum regionum incolæ, à Kithim, tertio filio Javan Genes.

¶. 9.

¶. 10.

C 2

10, 40